



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod ordinem etiam scribeni secutus est Cap. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

290 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

ra producta, nudosq; fuisse cōfirmet. Audi quemadmodum ea ipsa Plato græce conscripsit. Deus inquit pascebatur eos sicuti nunc homines nonnulla animalium genera, nulla tunc erat res publica, nec libe rorum procreatio. A terra eī homines emergebant, & hæc omnia quæ modo sunt habentes magna optimorum copia fructuum facil lime atque optime uiuebant, quos non culta, sed sponte terra æde bat, nudi sine aliqua erant molestia, uicissitudines enim temporum summa temperie connectebantur.

Quod etiam collocutionem serpentis & Aeuæ secutus est.

CAPVT IX.

PRudentiorem oīnibus bestijs terræ serpentem fuisse, & ser monem eius uicissim cum muliere habitum Moses scribit: quam rem quomodo Plato narrauit, nō est alienum audi re. Qui Saturni temporib; erant inquit tanta uirtute pol lebant, ut non cum hominibus solum, uerum etiam bestijs oratione uti possent. Sed non ad philosophiam, & inter se, & cum bestijs hac uirtute utebantur, diligenter scrutates de singulorum natura ad ac cumulationem prudentiæ, sed cibo atq; potui tāquam heluones cō tinue inharentes fabulas secū & cum bestijs tales conferebant, qua les modo de ipsis narrantur.

Quod ordinē etiā scribendi secutus est. CAP. X.

Moses in scribendis legib; antiquitate magna pro exordio usus uitas hominum & diluuium narrat, & uirtutes atq; delicta nobilissimor; uirorum, qui post diluuiū fuerant, diligenter exponit. Nam perutilem hanc historiā legib; futuram iudicauit. Hunc scribendi modum in legib; Plato imita tus est, his primordijs enim legum antiquitate utitur, & diluuij men tione facta, uitam etiam, quæ post diluuium fuerat, explicare nō re nuit. An inquit igitur præcis sermones ueri nobis uidentur, qui nam multis pestibus atq; diluuijs homines ita perisse, ut paucissimi relati sint. Valde inquam hoc uerisimile cunctis uidetur. Intelligendū est igitur eos, qui nunc effugerunt, montanos quosdam fuisse in ca euminib; altissimorum montium habitantes, a quibus postea ho mines multiplicati sunt. Quare necesse fuerat artium disciplineq; ci uilis imperitos fuisse, ac ab omni ambitione/ habendi cupiditate, caterisq;



cæterisq; uitij, quæ in ciuitatibus maxime sunt liberos. His talibusq; latius narratis, uitas hominum, qui post diluvium fuerunt exposuit. Deinde ad Græcorum antiquitatem descendit, ut ad Hebræorum Moses. Eorum igitur meminit, qui præclara facinora in Troia fecerunt. Disciplinam Lacedæmoniorum ciuilem non prætermittit. Persarum quoque uitas, tam eorum qui recte, quam eorum qui perperam uixerant nobilissimorum tetigit. Et post historiam huiusmodi legum positionem aggressus est, adeo etiā in his Mosi doctrinam admiratus est.

Quod a pietate in deum leges exorsus est ut Moses.

CAPVT XI.

Cum Moses uniuersas leges suas disciplinamq; uiuendi a pietate in deum dependere uoluerit, ac ideo a creatore omnium initium librorum suorum fecerit, & res humanas a diuinis dependere docuerit, ipsasq; diuinæ ad deū creatorem omnium retulerit, operēpræcium est consyderare quomodo Plato eum diligentissime sequēs, cretensium ac Lacedæmoniorum leges incusat. Mosaycam & legem apte probat sic in primo de legis dicens. Cretensium leges omnibus Græcis non maxime conserunt, ita enim recte posite sunt, ut utentes eis cum omnia bona inde consequantur felices sint. Dupliciter autem bona dicuntur, alia em̄ humana sunt, alia diuina, depēdent autē a diuinis humana. Diuinis igitur, quæ maiora sunt suscep̄tis, minora etiam possident. Illis autem spretis, utriscq; ciuitas priuatur. Minorum & primū est sanitas, deinde pulchritudo, tertio uires ad cursum, & ad alios corporis motus, quarto diuinitæ, quæ nō cæcæ sunt, ut uulgo dicit, si prudentiam sequuntur, quæ qdem prudētia diuinæ rerum prima est, deinde ratione habita moderatio. Ex his duobus fortitudine adhibita, iustitia tertio emergit, quarto & fortitudo, q; omnia natura rebus humanis anteponuntur. Quare oportet, ut legislator hunc ordinē sequatur, deinde mandandū ciuibus, ut ad hæc respiciētes operentur. Humana em̄ ad diuina, diuina uero ad principem intellectum referenda sunt. Et post pauca. Omnis istis legislator custodes perficiet, eos, q; prudētia & uera laude gaudet, ut intellectus hæc omnia moderationi atq; iustitiae coiuncta, nō autē diuinitas, aut ambitionē sequatur. Quæ omnia

E n in